

4. *Quod Christiani in primitivâ Ecclesiâ fecerunt, idem etiam nobis in nostrâ Ecclesiâ faciendum est:*

*Sed illi habebant omnia communia:*

*E. Et nos omnes nostras possessiones in communem usum conferre debemus.*

*Resp. quæ diversis temporibus fuerunt approbata, non omni tempore approbantur. vide pag. 128. Sic fucum vendunt sequentes sutelæ: Deus sancivit circumcisionem. Gen. 17. 10. At S. Spiritus eam abrogavit Act. 15. 28. Lutherani sunt Catholici: Lutherani non sunt Catholici.*

5. *Qui habent Catholicam religionem, sunt Catholici:*

*Lutherani habent Catholicam religionem:*

*E. Lutherani sunt Catholici.*

*Contra:*

*Qui non habent Pontificiam religionem, non sunt Catholici:*

*Lutherani non habent Pontificiam religionem:*

*E. Lutherani non sunt Catholici.*

N 4

Resp.